

Iis sic positus contra voluntatem Regis est,  
ac si contra voluntatem Pontificis poneretur,  
neq; potest interdicere ipsis Religiosis, usum  
ipsorum priuilegiorum suorum, imo talis  
incidit in pœnas positas contra illos qui con-  
traueniunt. ¶ Tertio non solum omnia ha&e-  
nus concessa confirmat et innouat, sed etiam  
de novo concedit, et vult habere perpetuam  
firmitatem, et sic videtur nunc concedere quæ  
per Gregorium. 9. et Nicolaum. 4. Leonem. 10.  
Adrianum. 6. Clementem. 7. Paulum. 3. sunt  
data Religiosis qui Infidelium conuersione  
dant operam. ¶ Quarto vult Pontifex et  
concedit, q; omnia et singula priuilegia fauo-  
res et indulta quonmodolibet concessa Reli-  
gio sis intelligi et interpretari debeant inpar-  
tem fauorabiliorem, et tollit ab omnibus cu-  
juscunq; sint dignitatis auctoritatem iudican-  
di vel interpretandi secus, et siquid fuerit at-  
tentatum irritum et inane dicit. Que conces-  
sio est valde consideranda, quia cum priuile-  
gia sint leges priuate, et ut plurimum contra  
leges communes: et id quod est contra ius cō-  
mune habeatur velut odiolum, et sic restrin-  
gendum iuxta regulam iuris in 6. Odia sunt  
restringenda, et fauores ampliandi: Summus